



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 44. Mors Bonifacii IX. Innocentius VII Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Secul. XV.

A. C. 1404.

Legati dexterime ibi ac prudentissime, sed, ut Romanis visum, callide horabantur Bonifacium, ut Ecclesiae concordiam cum ipsorum Domino reno-  
varet, quem ad eam probabilissime affectum asseverabant. Bonifacius parum favorabile responsum dabat, contendens se Pa-  
pam, Benedictum antipapam esse, ad-  
densque alios ejusmodi sermones, qui rem neutiquam promovebant. Legati succensentes ajebant suum Dominum non esse Simoniacum. Sentiebat aculeum Papa, eosque Roma egredi jubebat. Re-  
ponebant vero: Habemus a te, populo-  
que Romano fidem publicam, & porro  
per aliquod tempus hic manendi facul-  
tatem, qua uti volumus.

## §. XLIV.

*Mors Bonifacii IX. Innocentius VII  
Papa.*

c. 24.

c. 34.

Bonifacius exasperatus animo, ac præ-  
terea doloribus calculi, quo dudum laborabat, oppressus tertia, postquam le-  
cto se commendaverat, die D. Remigio  
sacra i Octobris animam efflavit, cum  
sedisset quatuordecim annos, & undecim  
menses. Cadavere satis modeste huma-  
to in S. Petri basilica, Cardinales conclau-  
se protinus intraturos Legati Avenionen-

ses

fes orabant, ut ne iniirent suffragia: sic Sæcul. XV.  
enim brevi pacem Ecclesiæ redditum iri. A. C. 1404.  
Cardinales fallaciam suspicati nulla pre-  
cantium ratione habita conclave mox  
adierunt.

Paulo post Neapolitanus quidam E-  
ques Bonifacii cognatus, tum Castelli S.  
Angeli Præfector Benedicti Legatos eo  
duci captivos jussit fidem publicam iis  
datam violans. Quod edictus Gallorum Spicil. to. 6.  
Rex Cardinales Romanos per litteras ro- p. 169.  
gabat, primum, ut electionem Papæ dif-  
ferrent usque ad Legatorum adventum,  
quos missurus esset; deinde, ut Benedicti  
Legatos in libertatem affererent. Jam  
eam illorum jussu receperant post paucos  
suæ captivitatis dies: sed arcis Præfe-  
ctus fere quinquies mille florenos aureos  
eis extorserat.

Die Dominica 12 Octobris an. 1404  
Vaticanum conclave vespere intrarunt  
Cardinales novem, scilicet Florentinus Rayn. n. 10.  
Angelus Acciajolus Presbyter de S. Lau- Gobel. c. 88.  
rentio, Monopolitanus Franciscus Carbo-  
nus de S. Susanna, Neapolitanus Henri-  
cus Minutolus de S. Anastasia, Aquile-  
jensis Antonius Cajetanus de S. Cæcilia,  
Bononiensis Cosmatius Melioratus de S.  
Cruce, Laudensis Angelus Sommerivius  
de S. Pudentiana, Eserninus Christopho-  
rus Maronus de S. Cyriaco, Rainaldus  
Brancacius Diaconus de S. Vito, Landul-  
fus

Sæcul. XV. fus Maramarius de S. Nicolao. Duo ab  
A. C. 1404. erant, Balthasar Cosfa occupatus legatio-  
ne Bononiensi, & Valentinus de Quinque  
Ecclesiis in Hungaria.

Novem Cardinales conclave ingressi  
coram notariis, ac testibus solemini jura-  
mento se adstringebant singuli, ut ad Ec-  
clesiæ concordiam omni ope atque opera  
contenderent, præsertim ille, qui elige-  
retur in Papam, etiamsi deponendus esset  
pontificatus. Sanciebant simul, ut idem  
jurarent Cardinales absentes, ac novi, qui  
crearentur. Tum ferebant suffragia; &  
die Veneris 17 Octobris elegerunt Cosma-  
tium Melioratum, qui se dixit Innocen-  
tium VII.

## §. XLV.

*Initia Innocentii VII.*

*Th. Niem.*  
*I. 2. c. 39.*

Erat is Sulmone episcopati hodie Apri-  
tii urbe mediocris fortunæ parenti-  
bus ortus, optimis moribus, litterisque  
ornatus, Juris Canonici Doctor celeber,  
ac in negotiis Romanæ curiæ perquam  
versatus. Tempore Urbani VI redditus  
ærarii Apostolici colligebat in Anglia:  
tum renunciatus Episcopus Bononiensis,  
postea thesauro Papæ Urbani præfectus,  
demum Bonifacii IX vix pontificatum in-  
gressi beneficio Cardinalis evaserat. Ha-  
bebat ingenium mite, benignum, ad mi-  
seri-